



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

329. An eidem dari possint plures Coadiutores, & pluribus coadiuvandis  
unus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

2. Resp. secundò: Nec ipse sibi Coadjutorem cum futura successione assumere potest, aut saltem non expedit; sed ejus inuidoneitas sive in spiritibus sive in temporalibus supplenda per Camerarium aliósque Officiales. Remouch, loc. cit. inquiens, sic in primitiva Ecclesia seu ipsius incunabulis resolutum; cum Clemens I. denominatus per Petrum in successorem, ne ipsius exemplum induceret consuetudinem Ecclesie perniciosem, renunciat, remisitque ad electionem judiciumve Ecclesie, ut Bellarmin. de Rom. Pontif. l. 2. c. 5. ubi, quod Petrus passione sua imminenter B. Clementi Sedem Episcopalem reliquit; Petro autem mortuo Clemens in Sede apostolica sedere noluit, donec vixerunt Linus & Cletus, qui ipsius Petri adjutores in episcopal officio fuerant iuxta Epiphani. heresi 27. Verumtamen non relucere in hoc speciem Coadjutoria, de qua hic, patet ex eo, quod Petrus Linum quoad vixerit, assumperit quidem in adjutorem, non autem in successorem; econtra Clementem designari in successorem, quem non constat ab eo adhibitus in adjutorem. De cetero, quām fuerint Pontifices Romani alieni ab invehendis hujusmodi Coadjutoriis in ipsam Sedem apostolicam, constitutisq[ue] successoribus sibi, constat ex sequeribus. Dum Bonifacius II. ut inquit Thomas in veteri & novi. Ecclesiæ discipl. de benef. p. 2. l. 2. c. 57. num. 10. ex Baron. ad annum Christi 531. ipse metu ultus, quam canonis Regulis insulerat, contumeliam, flammis absumento coram Clero & Senatu eo decreto, quo Vigilium Diaconum successorem sibi curaverat deligi. Dum Bonifacius III. in Concilio Roma coacto decrevit, ne de Pontificis superstitionis successore unquam tractaretur, sed non nisi tertio depositio die eius adunato Clero & filiis Ecclesiæ tunc fiat electio. Thomas. loc. cit. ex Baronio ad annum 606. n. 8. Dum Martinus I. captivus abductus Constantinopolim, Clero jussu eligere ei successorem, ipse in Epistola sua 15. exprise testetur, nunquam id, nempe subrogationem successoris, ex quacunque absentia Pontificis contingisse, & se sperare neque id impostorum futurum; quia in absentia Pontificis Archidiaconus & Archipresbyter & Primicerius representant locum Pontificis. Dum vero senescente seculo duodecimo Celestius III. morti proximus consilium init subrogandi sibi Cardinalis S. Priscæ, quem sibi adjunxerat nexus arctissimo curarum omnium conscientium, & pontificalium functionum administrationis; sed quia tunc nulla supperebat persecutio, adeoque non uni Ecclesiæ utilitati serviebant ea consilia, invictissima constantia restitire Cardinals; & sic res ad effectum deducta non fuit. Baronius ad annum 1198. & ex eo Thomas. loc. cit. c. 59. n. 5. Quod si etiam quidam alii Pontificum suos designavere successores (praterquam id non fecerint unico veluti contextu assumendo illos in Coadjutores, & simul in successores designando) fecerunt id adacti gravissimis, & in certis perfectionum discriminibus, & non nisi invitante Clero, aut etiam Cardinalium Collegio, aut certe designatione illa ab aliis approbanda, ut videre est apud Thomas. cit. c. 59. n. 3. 5. & 6. ubi etiam, quod certum de cetero fixumque fuerit omnibus æmulari potius Gregorii VI I. constantiam, qui, ut Malbes. l. 3. p. 108. refert, rogatus à Cardinalibus, ut Papam contineueret, B. Petri exemplum referentibus, qui lacteum Ecclesiæ

rudimentis viveus Clementem præficerat, negavit ille, idem exemplum securum, quod ab antiquo Conciliis esset vetitum.

*Quæstio 329. An eidem dari possint plures Coadjutores, & pluribus coadjuvandis unus?*

1. Resp. primò: quod spectat primam questionis partem, & sermo est de Coadjutoriis perpetuis, patet, eam locum habere non posse, cum eidem Coadjuto succedere nequeant plures simul in eodem beneficio illius. Secus rameu videtur, si Coadjutoria illa perpetua respicerent diversa ejusdem Coadjuti beneficia. Sed neque pluribus coadjuvandis dari posse videtur unus Coadjutor cum successione; dum ex eo, quod ea plurium beneficia inter se incompatibilia in unam personam confluere nequeant, nisi forte dispensative, concedi simul nequit successio illa respectu plurium beneficiorum ab ipsis coadjuvandis habitorum.

2. Resp. secundò: si sermo est de Coadjutoriis temporalibus, videtur primò, dari posse uni Coadjutores plures, & videndo inter eos onera & administrationem Coadjuti, Castropol. tract. 13. d. 1. p. 9. n. 5. Quemadmodum eidem dari potest Coadjutor quod ad ministratio temporalium, & relinquendo eum sibi quod ad spiritualia; et quod quod ad ista, non verò quod ad hanc administranda Prelatus redditus sit inuidoneus. Videris quoque secundò posse unum pluribus dari Coadjutorem, dum onera, administrationes & obligationes subeundæ ab uno isto Coadjutore sunt compatibilis. vide de hoc Jo. Andrea. ad c. consultationibus. de Cler. agrot. n. 11. ex quo ferè ea omnia, quæ sunt de Coadjutoribus his non perpetuis ad literam ferè exscriptis Cardinalem, Butr. Anch. Abb. Jo. de Anan. sit Fagn. ad cit. c. consultationibus. n. 22.

*Quæst. 330. A quo concedi possint Coadjutoria perpetuae?*

R espond. Tametsi olim ante Tridentinum, dum gratia præventiva erant in usu, quidam voluerint ipsis adeo Ordinariis tribuere facultatem concedendi Coadjutorias perpetuas in beneficiis, quorum collatio quovis mense ipsis competiſſet. Remouch. c. 5. n. 7. modò tamen solus Papa, & quidem dispensativè tantum has Coadjutorias, qualiacumque sint beneficia, concedere potest. Fag. in c. nulla. de concess. prob. n. 68. ubi: Coadjutoriam perpetuam, etiam in beneficiis inferioribus, dat solus Papa, qui solus contra Canones dispensare potest. Castropol. tract. 13. d. 1. p. 9. num. 7. citans Azor. Instit. mor. p. 2. l. 3. c. 2. q. 2. Tondurus qq. benef. p. 2. c. 1. §. 13. n. 27. Remouch. loc. cit. citans Redoan. de simon. p. 2. c. 19. n. 5. Mandol. de signat. grat. tit. Coadjutoria. vers. si tamen Papa. Barbos. juris Eccles. l. 3. c. 10. n. 33. Laym. ad c. bona de elect. n. 5. Ventrigl. tom. 2. annor. 13. n. 17. Garc. de benef. p. 4 c. 5. n. 16. Paris. de resign. l. 6. q. 5. n. 15. & l. 7. q. 20. n. 14. Gonz. gl. 5. §. 9. n. 91. Lambertia. de jurep. l. 2. p. 1. q. 6. a. 20. n. 3. & seq. Proinde jam illas concedere nequit Legatus Apostolicus de Latere. Gonz. cit. n. 91. Garc. n. 18. Castrop. Tondut. Barbos. ll. cit. cum Gambaro de offic. & potest. Legati. l. 3. de Coadj. n. 13.